



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De beneficiorum distributione. cap. 35.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

etigimus, Gregorio Pontifice de-
mū impetrato; suam societati contu-
lit Aronēsem Abbatiam; vt nouitio-
rum domus Aronz constitueretur;
& Mediolani magistri, aliquae ma-
gno numero, pro eo quod opus erat.
facilius sustentarentur. Quę quidem
collegia docendo, conceionando, fa-
cias cōfessionibus audiendis virtutū
christianarū exemplis, magnos ecclē-
sia suę videbat esse vſus ad salutem
allatura. Clericos alios regulares à
Paulo I V. institutos in urbem dedu-
xit. quorum vita religiosissima; tum
affidius in peccatis dijudicandis; via
que salutis tradēda labor, gregis fru-
ctum valde cumularet. Alijs ordinib-
us quęrebat locū; si quid saluti suo-
rum inde afferri posse videret adiu-
menti. In ea vero, quę iam erant mo-
nasteria viros doctrina, religioneq;
probatos mitti curabat; quibus vti
posset. omnino mirum ministrorum,
aditorumque desiderium gregis
charitas in eum immiserat: cuius salu-
tari progressioni quamplurima vide-
bat esse necessaria. ac reuera, etiam
numero multo maiori, nullam reli-
quisset otij facultatem: tanta erat re-
rum multitudo, quas curari, effici,
recognosci assidue oportebat; tam-
que in omnibus rebus religiose com-
ponendis progrediebatur in dies.
Alias litterarias exercitationes ad
cleri vſum induxerat; tum proprias
quandoque alicuius urbane regio-
nis; tum communes omnium. nam in
suis ædibus delegerat, qui certis die-
bus doctrinam de peccatis publice
traderet: quo iubebat ecclesiasticos
homines, etiam parochos ad audiendū
conuenire. Ut autem quę semel
didicissent, tenerent ſirmius; congre-
gationes menstruas in unaquaq; vr-
bis, & agri regione instituerat; quò
ex ea regione tota certis diebus illi
conuenientes, varijs propositis que-
ſtionebus, de sacramentorum admī-
niſtratione, de animarum vinculis

ſoluendis, diſputationem haberent.
piamque ei rei accessionem fieri iu-
bebat, ſacra pro mortuis communia-
ter celebrata. cuius instituit rationē
libello fufius comprehensam edidit.
Sed propria etiam cura parochos vr-
banos ad conciones iuuari curabat:
quibus hebdomadis singulis, quod
proximo festo legendum ex Euange-
lio in ecclēſia erat, prius exponi quā
doque iuſſit; & quaſi concionum ma-
teriam explicatam tradi. quos etiam
interdum, vt quid poſſent, efficerē-
que, melius cognosceret; scriptas ad
ſe iubebat conciones afferre. Præte-
rea veteres canones à Gratiano col-
lectos, vti diximus. interpretati iuſſit.
quo in ſtudio, quamuis ſumma-
ſuerit Caroli voluntas, paucis tamē
id perſuafit: trahuntur enim facile
omnes ceterorum exempla; eaque
libenter ſequuntur, quę plurimo-
rum iudicio, & vſum afferunt, & no-
men; qualis eſt vulgaris canonum pe-
ritia, ſcolasticique Theologię pro-
gressus at veteris ecclēſia ratio be-
ne cognita, ſolidæ vtilitatis eſt, arma
contra hæreticorum impugnationes
ſuppeditat: & ad ecclēſiam ordinan-
dam, conſtituendamque magnum
præbet adiumentum. His institutis,
mutata prorsus ecclēſiz specie; vbi
presbyteri indocti, ſepe etiam for-
didi erant; doctos habuit, & religio-
ſos, qui populos ſalutariter docere,
regereque poſſent, & quę Caro-
lus in dies ad meliorem rerum om-
nium conditionem efficiendam præ-
ſcriberet, diligenter exequentur.
ex quo etiam populi ad debitam ſa-
cerdotibus reuerentiam, obedien-
tiamque ſalutariter excitati, magis
in ſalutis via proficerent. Ac littera-
ria quidem cleri ſtudia, vel ipſi maio-
res multo, quam alioqui ſolerēt eſſe,
bibliopolarum quæſtus, oſtendebat.

Beneficia omnia ſic mandauit, vt
amicitia, gratia, propinquitatis
ve cauſa nihil moueretur. Si quem-
piam

De benefi-
ciorum di-
ſtributione
Cap. xxiv.

piam alicuius commendatione, gratiave vti, vel omnino ambitiose querere animaduertisset; ea ipsa de causa indignū iudicabat. ipse vero suos nouerat; omniumque actiones, vitam, studia, per se, ac per ministros obseruabat: & cum locus daretur; nullius officio interposito, vocabat ipse nec opinantes, sacerdotiaque mandabat. unum vero satis esse cuique beneficium, nisi aliter necessariò fieri deberet, omnium maxime volebat. ac illud in Carolo multis admirationi fuit; quod etiam de facie suos fere omnes vel insimos clericos agnoscere videbatur. optima temporum conditio; ad honores, ceteraque virtutis præmia, gratia, audacia, ambitioni aditus esse interclusos: probitati vero, doctrinæque sic apertos, ut vltro etiam inuitaretur, nobilitati fauebat libenter, modo cum virtute coniuncte: sed humiles s̄pē probos, doctosq; eō vocabat, quod numquam ipsi, vel ambitionis fortasse stimulis incitati, ausi fuissent aspirare. quæ quidem ratio, tum ad virtutum, optimarumq; disciplinarum studia; tum ad ecclesiæ dignitatem, populorumque salutem vehementer valuit. ac licet ob humanæ mentis latebras, pro virtute aliquid sese interdum insinuaret hypocrisis; simulatio tamen non connuentibus oculis, vel perlucidum est, vel certe minime diuturnum malitiæ velum. omnino tolerabilius iudicabat, virtutis ueste virtū aliquando latere, virtutique seruire; quam apertum, cognitumque palam recipi. interim sibi cauendum nouerat; ne cuiquam non plene probato per se aditus esset ad peccandum liber. Eundem sensum præstabat, si de beneficio, honore, facultatibusve ecclesiasticis alicui impetrantis rogaretur. cum eiusmodi aliquid tentari posse perspiceret; maxime si de episcopatu ageretur; hominem, si probaret, tantum proponebat; testimoni-

nium dabat, quod teste conscientia poterat: rogabat vero numquam, ne dum vrgeret; nisi id se officij Deo, & Ecclesiæ debere, manifeste vidisset. rationem suam quibusdam interdum ita probauit: si nemine vrgente quis dignitatē susciperet; clarius esse diuinæ voluntatis indicium. Federico suo, neque puer ex ecclesiasticis facultatibus, quidquam vel contulit, vel ad maiorem ætatem reseruauit, neque postea tanta indole adolescen ti quæsiuit vñquam. ipsam Aronensem Abbatiam dudum in familia sua retentam, non conquieuit, donec à se, atque à familia repelleret; ne quid forte oleret hæreditarium. Nobilis vir, oblata beneficij occasione, in ecclesiasticum ordinem, se dare nomē velle significauit; Caroli auxiliū implorauit. cui negauit ille; minime que probare respondit, hominem vietæ clericalis alioqui non studiosum, beneficij gratia clericum fieri velle. Si de augendis Præsulis alicuius in opis facultatibus rogaretur, suadebat, ut paucis contentus esset. at nihil secius adiuuabat, vbi animum cognouerat neque avaritia, neque inani splendore captum; sed sacri munieris perfecte administrandi studiosum. Episcopo consulenti, vtrū ob tenues facultates, contraheret æs alienum, an dimisso episcopatu alio quodam loco viueret, vbi in sumptum plura subministrarentur; neutrū respondit sibi placere. assistere gregi suo sacerdotem debere; nisi aliter qui potest, iuberet. abdicare sese episcopatu; si quid offerretur, difficultatis; eius non esse, qui integre, casteq; vocatus inijsset. sumptui pro facultate modum ponendum; veterum maxime Præsulum imitatione, qui & facultatum subsidio, cum suppeteret, sancte vñ erant; & eo deltituti, sancte tamē episcopatum administraverant. Annuam pensionem Carolo soluebat Episcopus. ci. vehementer po-

postulanti, ut illud sibi iuris remitte-
ret; & reficiendæ ecclesiæ necessita-
tem, tenuesque fructus excusanti; li-
bere respondit; nullo modo ei se vel-
le cōdonare, qui episcopatum, etiam
adiecta pensionis conditione, quæ si-
erat. facturum tamen, ut ea pecunia
quotannis in ecclesiam illam refici-
dam: vel ornandam aliorum opera
insumeretur. ita omnino conceden-
dum quod petierat, si modo ecclesiæ
causa uera postulasset. Fructus suos
vniueisque ecclesiæ, presbyterisque
singulis, integrōs relinqui curauit
vehementer, & effecit. eo namq; pri-
mū ecclesiam capescente; vel ma-
gna ex parte, vel toti, alienis homi-
nibus erant reseruati: ex quo siebat,
ut qui essent aliquo numero presby-
teri, sacerdotia recusarent; quorum
facultatibus, p̄o dignitate, vitæ cul-
tum minimē possent conseruare. qui
vero accipiebant, parui pretij homi-
nes, neque doctrina, neque auctori-
tate satis muneri suo facere valebāt:
ut pr̄ter sacerdotis, vt tempora sūt,
ex ea re contemptum; neque sacra
supellex pro decoro parati; neque
refici, vel ornari ecclesiæ; neque sar-
ta tecta habeti possent. Igitur neque
pensionis onus vel minimum cuiquā
ecclesiæ imposuit vñquam; & si quis
forte per auctoritatem superiorem
obtinere vellet, contra totis viribus
pugnauit. cum ex satis magnis Præ-
posituræ facultatibus, ex suis qui-
dam, quo plurimum vtebatur, annuā
pensionem sibi fere impetrasset; ea
Carolus vt auferretur, statim effecit.
neque alijs postea vñquam conari
aliquid simile ausus est. Sacerdoti-
tantum pensionem concessam scio. is
cum ecclesiæ diu vtilem sane operam
pro doctrina, virtutēque sua nau-
fet, demum multi laboris parochiam
habens, infirmaque valetudine con-
fectus, cum eam relinqueret cogere-
tur; neque aliunde haberet vitæ sum-
ptuum; moderatam pensionem ex ec-
clesia sua, quæ erat ex locupletiori-
bus, à Carolo accepit. Quoniam ve-
ro ecclesijs, sacerdotijsque plerisq;
licet integræ, tenues erant tamen fa-
cultyates, quibus id opus fuit vel paro-
chiae administrandæ, vel Theologizæ
docendæ, vel omnino necessaria de
causa; alias adiunxit, ex ijs, quæ sim-
plicia vocant beneficia, quibus nul-
lum fere munus cōiunctum est. quod
genus alioqui nemini vñquam, vel
ipse contulit; vel passus est conferri.
ac ex ijs beneficijs vnum, cum ex do-
mesticis quidam, cuius opera Caro-
lo valde utilis erat, sibi, Carolo ipso
insciente, comparasset; hominem, ut
alijs esset exemplo, missum fecit. tū
suis omnibus conuocatis, denuncia-
uit; qui ei, vel potius sacra admini-
strationi sua inferuire vellet; suo cō
tentus stipendio, nihil eiusmodi vñ-
quam, neque omnino quidquam ex
ecclesiæ suarum fructibus spera-
ret; nisi quis à se idoneus iudicatus,
vocatusque, cum adiuncto munere,
atque opera beneficium accepisset.

Eius Vicar-
rij ac præfe-
cti.

Cap. xxxvi.

Cum totius ipsæ gubernationis
auctor, tanta per se obiret, efficeret
que, quanta vnius, modo hominis, vi-
ribus tolerabili, non videbantur:
multa tamen eguit Vicarijs, & admi-
nistris. Ac ea quidem quæ ad forum,
iudiciaque pertinent, fere non atti-
git; ni quatenus ad iudices constitu-
tos in officio continendos, corri-
dosve necesse esset; ut non tam iuris-
consultorum libris ad iudicandum;
quām prudentia, pietate, animi lumi-
ne, sacerdorum patrum decretis, exem-
plisque opus esset. de decreto, spiri-
tualia in primis sibi suscipienda sta-
tuerat: quibus administrandis, ob re-
rum agendarum multitudinem, plu-
res sibi necesse fuit adiutores ascis-
re. Primò igitur jurisdictionem, gu-
bernationemque ecclesiæ suæ ita di-
stribuit. Tres constituit præcipuos
Vicarios, vnum, qui de rerum con-
trouersijs, litibusq; alium qui de cri-
mini-